

« qui fuit Heli, » nominal Christi avum, ac primum Christi progenitorum masculum, omissa B. Anna et B. Virgine, quod mulieres non solearent ingredi genealogiarum series. Rursum cum Lucas ait de Iecli, « qui fuit Matthat, » intellige non filius, sed gener: Matthat enim fuit pater non Heli sive Joachim, sed S. Anne uxoris Joachim; cum vero ulterius ait de Matthat, « qui fuit Levi, qui fuit Melchi, » etc. intellige semper *et filius*. Hic enim sunt veri progenitores Matthat, cuius filia fuit S. Anna. Ita fere Franciscus Lucas ibidem.

Ex hoc loco sic explicato rursus patet quomodo B. Virgo, existens de tribu Juda, cognitam habere poterit Elisabeth, que erat de tribu Aaron et Levi. Hujus enim causa et fundamentum non fuit, quod Levite soli possent ex alia tribu uxorem ducere, ut multi volunt; sed quod omnes feminis nubere poterant maritis, qui erant ex alia tribu, si ipse haberant fratres, ita ut ipse non essent heredes parentum suorum. Si enim ipse essent heredes, non poterant nubere in alia tribu, multo minus poterant nubere Leviticis. Levite enim nullius hereditatis erant capaces, quia hereditas eorum erat Dominus; ac consequenter nulli Levitarum nec patris, nec matris hereditatem adire poterant.

Ergo dicendum hic est unum e duobus, scilicet, quod mater vel avia B. Virginis fuerit ex tribu Levi (fueritque amita, aut consobrina Elisabeth), quam, eo quod non esset heres, in uxorem duxerit pater, vel avus B. Virginis, qui erat ex tribu Juda, ita ut B. Virgo secundum paternam stirpem fuerit ex Juda, secundum maternam ex Levi. Aut potius vice versa dicendum est, quod mater vel avia S. Elisabeth fuerit ex tribu Juda (fueritque amita, vel cognata B. Virginis), quam, eo quod non esset heres, duxerit pater vel avus S. Elisabeth, qui erat de tribu Levi, ita ut Elisabeth quoad patrem fuerit ex Levi, quoad matrem ex Juda: sic enim factum est ut B. Virgo et Elisabeth essent duarum sororum, aut consobrinorum filie, ac proinde essent cognatae, esto pa-

tres habuerent diversarum tribuum, ac consequenter et ipsae essent diversarum tribuum: non enim ex matre, sed ex patre quisque sortiebatur familiam, tribum et nomen. Hinc salva tribuum discretione, reges in uxores ducabant filias pontificum, et pontifices filias regum, teste Josepho: alique ita Christus ex regibus Iuda descendens, per avias suas descendit quoque ex Levi.

7. **Ex COGNATIONE.** — Cognatio hec generalis est, que sciaret est inter contribiles. In re ergo hic idem sunt cognati, tribus et familia. Tantum enim hic precipitur ut ejusdem tribus uxores, vel maritos accipiant; non autem, ut ejusdem familiæ particularis, et proxime.

12. **Quæ illis fuerat attributa.** — Ille non habentur in Hebreo, sed intelliguntur: nimurum, possessio patris Salphaad, quo his ejus filiabus a Moses attributa erat, hac ratione, per communium videlicet contributum suorum, manuit in tribu eorum, videlicet in Manasse, hoc est, in ea manere debuit, nec ad aliam tribum transferri potuit.

Mystice, possessio nostra constans et perpetua, non alienanda, est colum, et aeterna Dei gloria. Dum ergo viris, dum vales, o homo viator, cogita quod omnia tempus habent, et suis spatiis transirent universi sub colo. *Heu, heu fugaces, Posthume, Posthume, labuntur anni.* Cogita quod cuncta sub sole vanitas sunt, vanitas vanitatum, et omnia vanitas. Cogita, quod pro omnibus cogitatis, diecis et factis adducere a Deus in iudicium. « Memento ergo Creatoris tui in diebus iuventutis tue, antequam reveratur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum: quoniam ibi homo in dominum **ETERNITATIS SUE.** » Cogita quod vita hæc sit palestra **ETERNITATIS.** O filii Adam, ut quid caduca ambitis? O curve in terras anime, et celestium insones, cur momentanea et mox peritura sectamini? Utinam supererit homines, ultimam intelligentem, utinam sibi providerent beatam **ETERNITATEM!**

## DOXOLOGIA DEI DUCTORIS ET DOMINATORIS,

### EX GESTIS ET EPITOME NUMERORUM.

Magis Dominus, et laudabilis nimis: in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, et territoria tua, Israel! ut valles nemorose, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula que fixit Dominus, ut cedri propre aquas.

Casta Dei sunt haec: haec sunt multitudines Iuda, haec sunt milia Israel et Levi.

Deus eduxit illa de *Egypto*: ejus fortitudo similis est rhinoceros.

In ipsis ventilabit gentes, usque ad terminos terra: ossaque confringet.

Accubans dormivit ut leo, et quasi leæna: quis suscitabit eum?

Dominus dux ejus fuit: et clangor victorie regis in eo.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.

Ubi numerati et signati sunt duodecim millia, ex qualibet tribu Israel: qui amicti sunt stolis albis, et palme in manibus eorum.

Qui laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine agni.

Ideo hi soli ingressi sunt terram fluentem lac et mel: et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem; ut videbent omnes filii Israel, quia bonum est obsequi sancto Deo.

Addidit Aaron gloriam, dedit illi suas victimas et primicias: ipse est enim ejus pars et hereditas.

O Domine, tu es pars hereditatis meæ, et carnis mei: tu es qui restitus hereditatem meam mihi.

Quid enim mihi est in celo: et a te quid volui super terram?

Deus cordis mei: et pars mea Deus in æternum.

Core, Bathan et Abiron, invidentes irritaverunt Mosen in castro, et Aaron sanctum Domini.

Aperta est terra, et deglutiuit Bathan: et operuit super congregationem Abiron.

Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.

Virga Aaron floruit, et produxit amygdalas: et electus a Deo ostenderetur Aaron, in sacerdotem aeternum.

Jussit Dominus castra esse sancta, et immensus expiari sinistra vultus rufus.

Irritaverunt Moses ad aquas contradictionis, excederaverunt spiritum ejus.

Irritauit Moses : ideo exclusus est a terra promissionis.

Aaron pariter mortuus est in Hor : murmurauit rursus in tabernaculo suis.

Misi in eos Dominus ignitos serpentes : sed per serpentem venum curavit eos.

Coaderemini Deo, coll + quoniam in eternum misericordia ejus.

Qui occidit Schon regem Amorrhorum : quoniam in eternum misericordia ejus.

Et Og regem Basan : quoniam in eternum misericordia ejus.

Et dedit terram eorum hereditatem populo : quoniam in eternum misericordia ejus.

Venit Balaa, ut maledeiceret Israeli : asina loquens corripuit hominis insipientem.

Pro maledictione benedixit deus : Quomodo maledicam eum non maledixit Deus?

Moritur anima mea morte justorum : et fiant novissima mea horum similia.

Qui benedixerit tibi, erit et ipse benedictus : qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur.

Orietur stella ex Jacob : et consurgent virga de Israe.

Et perfuerit duces Moab : et vastabit omnes filios Soth.

Initiati sunt Hebrei Beelphgor : forniciati sunt cum filiabus Moab.

Irritaverunt Deum per ejus idolum et idolos : hinc multiplicata est in aliis plaga et vina.

Stetit Phinees, occidit Zamari principem : et placavit, et cessavit quassatio.

Et reputatum est ei in justitiam : dedit ei Dominus sacerdotium eternum.

Confiteantur Domino misericordiae ejus : et mirabilis ejus filii hominum.

Moses moriturus imposuit manus Iose : et continevit eum ducenti populi.

Sanxit victimas et libamina per singula festa et sabbata : sanxit leges de votis filiarum et uxorum.

Occidit quinque reges Madian, et Balaam : qui scandalem Beelphgor proposerat filiis Israel.

Roben et Gad dedit terram Og et Schon : obicit quadriginta duas mansiones in deserto.

Limites Chanaan possidente descripsit : statuit principes, qui terram populo dividenter.

Urbes et suburbana jussit dari Levitis : et constituti homicidae urbes refugii.

Filiae heredes jussit nubere in tribu sua : ne ad aliam tribum transfereretur hereditas.

Hae sunt iudicia tua sancta, Domine, que didisti Mosis : examinata, et probata instar argenti, purgati septuplum.

Revela oculos meos : et considerabo mirabilia de lege tua.

Narraverunt milii iniqui fabulationes : sed non ut lex tua.

Omnis consummationis vidi finem : latum mandatum tuum nimis.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancti : sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

# COMMENTARIA IN DEUTERONOMIUM.

## ARGUMENTUM.

Pentateuchus integer, olim apud Hebreos, unus tantum fuit liber legis. Unde et hebreica **תורה**, et latine **lex a Christo et Evangelistis** vocatur; ut **Luc. cap. ult. vers. 44**: « Necesse est implore omnia que scripta sunt in lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de me; » et **Luc. II, 23 et 24**: « Si enunti scriptum est in lege (**Ezodus XIII, 2**) Domini : quia omne masculinum, adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur; et auctore dhostiam, secundum quod dictum est in lege Domini (**Levit. XI, 8**), par turritum, aut duo pullos columbarum; » et **Luc. X, 26**: « In lege (**Deut. VI, 5**) quid scriptum est? illi respondebat dixit: Diligiles Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; » **Ioan. I, 47**: « Quem scripsit Moses in lege; » **Math. VII, 12**: « Hoc est enim lex et propheta; » **Math. XXI, 36**: « Quod est mandatum magnum in lege? Similia sunt **Actor. XXIV, 14**, **Actor. XXVII, 3**, et alibi.

Postea vero Pentateuchus, secundum quintuplem materiam quam tractat, dissecatus fuit in quinque partes, seu libros. Unde quinta haec sectione, vel liber, a sui exordio more hebreo vocatur **במדבר** **baddabarot** id est, **ista sunt verba**. A grecis interpretibus, ac primum a Septuaginta ut videtur, Deuteronomium, id est, secunda lex, et a Rabbinis **ספניש** id est, iteratio legis, est appellata, non quasi novam, etiam a praecedentibus legem veterem continet, sed quod legis in Sina, a Deo ante 38 annos late, et tribus superioribus libris, scilicet Exodo, Leuitico et Numeris descripta, sit repetitio et explicatio. Ita Theodoretus hic, **Qwest. I, S. Augustinus, Qwest. XLIX**, et Athanasius in **Synopsis S. Scriptura**. Unde S. Hieronymus in **Prologo galateo** (qui quasi galea libris omnibus S. Scriptura prefiguratur): « Deuteronomium, inquit, secunda lex, et Evangelica legis prefiguratio, noue sic habet ea quae priores sunt, ut tamen nova sint omnia de veteribus? »

Porro repetitio haec legis a Moses jamjam mortu facta est anno 40 exitus ex Egypto, paulo antequam Hebrei transirent Jordanem, et ingredierentur in Chanaan, in campestribus Moab, puta in Abelsatim, que fuit quadragesima se-

Deuteronomium est repetitio leonis gloriae.

cunda et ultima mansio Hebreorum in deserto. Causa repetitionis fuit duplex: **prima**, quod senes omnes qui ex Egypto egressi erant, et primam legem in Sina audierant, ob murmur exploratorum, **Num. XIV**, iam mortui erant; et populus presens erat novus, qui priorem legem promulgari non audierat. Unde ha secunda legis promulgatione, iterato Deus novum cum Hebreis fecit init, ut dicatur cap. **XXIX**, vers. 1. **Seconda**, quia Moses jam moriturus, ultimumque suis, siue commissis Hebreis, quos pro vita sua dilegebant, valedicturnus, hac repetitione legem profundius, atque tenacius imprimeret. Ultima enim parentum, principum et doctorum verba tenacibus filiis et subditis inherent. Hinc Deuteronomium est velut incensa et perpetua quadam concio, eaque de causa Moses, cap. **XVII**, vers. 18, jussit ut novi reges eligendi describant sibi Deuteronomium, ut discant, ait, timere Deum. Eadem de causa, cap. **XXXI**, vers. 10, jussit ut Deuteronomium toti populo quolibet septimo anno remissionis legatur: quinque illud ipsum lapidibus ad eternam memoriam inscribi jussit, **Deut. XXVII, 3**, et **Josue VIII, 32**.

Anactor Deuteronomii, illi et totius Pentateuchi, est Moses, qui illud primo populo viva voce promulgavit, deinde illud ipsum his scripto reliquit, Mox pater **Deuter. XXXI, 9**: « Scripsit, inquit, Moses legem hanc, et tradidit cani sacerdotibus. »

Ex parte tamen illimum caput, quod non a Moses sed ab Esdra, vel potius a Josue discipulo et successore Moysi, scriptum esset patet eodem cap. ult. vers. 5 et 6, ubi mors et sepultura Moses describitur. Licit enim Philo in **Vita Moses**, et Josephus lib. IV **Antiq. cap. ult.**, putent haec propheticas ab ipso Moses ante mortem esse conscripta: tamem contrarium est verius, illudque significant tum alia, tum illa verba: « El non cognovit homo seculorum ejus, usque in praesentem diem; » que plane de tempore, quod mortem ejus secutum est, accipiendu sunt.

Dixit ergo, et simul scripsit: Moses Deuteronomium anno 120 et ultimo vite sua, qui fuit mundi 2493, a diluvio 836, ante nativitatem Christi 1436; idque paucis et ultimis pene anni illius septima-

## ARGUMENTUM IN DEUTERONOMIUM.

nis, ut patet ex eo quod scriptum sit Deuteronomium post mortem Aaronis, quae contigit eodem anno, mense quinto, ut patet *Numer. xx, 28*, et *Numer. XXXIII, 38*; atque post victorianam de Og et Sehon, post prophetiam Balaam, post cladem Beelphegor, post censum populi, post bellum Madianiticum, et alia quae a cap. *xx Num.* usque

ad finem recensentur. Hec enim omnia secunda sunt mortem Aaronis; atque post haec omnia, Moses parvo ante mortem ceperit promulgare, ac deinde conscribere Deuteronomium, puta mense undecimo anni quadragesimi, prima die mensis, ut diserte dicitur *Deut. XIII*: hic ergo cyneam vocem edit Moses.

## CAPUT PRIMUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

*Hicce tribus capitibus relegit et repetit Moses iter, casus et gesta 40 annorum, quibus vagati sunt per desertum. Hoc autem capite repetit gesta in Sina, et vers. 20, in Cadesbarne, ubi ob murmur exploratorum, omnes ad mortem et ad peregrinationem 40 annorum sunt damnati.*

1. Haec sunt verba, quae locutus est Moyses ad omnem Israel trans Jordanem in solitudine campestri, contra mare Rubrum, inter Pharan et Thophel et Laban et Haseroth, ubi auri est plurimum: 2. undecim diebus de Horeb per viam montis Seir usque ad Cadesbarne. 3. Quadragesimo anno, undecimo mense, prima die mensis, locutus est Moyses ad filios Israel omnia qua præceperat illi Dominus, ut diceret eis: 4. Postquam percussit Sehon regem Amorrahorum, qui habitabat in Hesebon; et Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, et in Edrai, 5. trans Jordanem in terra Moab; cœpitque Moyses explanare legem, et dicere: 6. Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicens: Suffici vobis quod in hoc monte mansistis. 7. Revertimini, et venite ad montem Amorrahorum, et ad cætera quæ ei proxima sunt campestria atque montana et humiliora loca contra Meridiem, et iuxta litus maris, terram Chananæorum, et Libani usque ad flumen magnum Euphraten. 8. En, inquit, tradidi vobis, ingredimini et possidite eam, super qua juravit Dominus patribus vestris, Abraham, Isaac et Jacob, ut daret illam eis, et semini eorum post eos. 9. Dixitque vobis illo in tempore: 10. Non possum solus sustinere vos, quia Dominus Deus vester multiplicavit vos, et estis hodie sicut stellæ cœli, plurimi. 11. (Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, et benedicat vobis sic ut locutus est). 12. Non valeo solus negotia vestra sustinere, et pondus ac jurgia. 13. Date ex vobis viros sapientes et gnaros, et quorum conversatio sit probata in tribubus vestris, ut ponam eos vobis principes. 14. Tunc respondistis mihi: Bona res est, quam vis facere. 15. Tuliique de tribubus vestris viros sapientes et nobiles, et constitui eos principes, tribunos, et centuriones, et quinquagenarios ac decanos, qui docerent vos singula. 16. Præcepique eis, dicens: Audite illos, et quod justum est judicate, sive civis sit ille, sive peregrinus. 17. Nulla erit distantia personarum, ita parvum audiatis ut magnum: nec accipietis eujusquam personam, quia Dei judicium est. Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, referete ad me, et ego audiam. 18. Præcepique omnia quæ facere deberetis. 19. Profecti autem de Horeb, transivimus per erenum terribilem et maximam, quam vidistis, per viam montis Amorhei, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cumque venissemus in Cadesbarne, 20. dixi vobis: Venistis ad montem Amorhai, quem Dominus Deus noster datus est nobis. 21. Vide terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi: ascende et posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis; noli timere, nec quidquam paveas. 22. Et accessistis ad me omnes, atque dixistis: Mittamus viros qui considerent terram, et renuntient per quod iter debeamus ascendere, et ad quas pergere civitates. 23. Cumque mihi sermo placuisse, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis. 24. Qui cum perrexissent et ascendissent in montana, venerunt usque ad Vallem botri; et considerata terra, 25. sumentes de fructibus ejus, ut ostenderent ulteratam, attularent ad nos, atque dixerint: Bona est terra, quam Dominus Deus noster datus est

nobis. 26. Et nolnisti ascendere, sed increduli ad sermonem Domini Dei nostri 27. murmurasti in tabernaculis vestris, atque dixisti: Odit nos Dominus, et idcirco eduxit nos de terra Egypti, ut tradiceret nos in manu Amorrhæi, atque deleret. 28. Quo ascendemus? Nostri terrerunt eorum nostrum, dicentes: Maxima multitudo est, et nobis statuta prior: urbes magnæ, et ad eolum usque munitæ, filios Enach vidimus ibi. 29. Et dixi vobis: Nolite metuere, nec timeatis eos; 30. Dominus Deus, qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in *Egypto* cunctis videntibus. 31. Et in solitudine (ipse vidisti) portavit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare parvulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. 32. Et nec si quidem credidisti Domino Deo vestro, 33. qui præcessit vos in via, et metatus est locum in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, et die per columnam nubis. 34. Cumque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus juravit, et ait: 35. Non videbit quispiam de hominibus generationis hujus pessimam terram bonam, quam sub iuramento poilicetus sum patribus vestris, 36. præter Caleb filium Jephone: ipse enim videlit eam, et ipsi dabo terram, quam calcavit, et filii ejus, quia secutus est Dominum. 37. Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoque iratus Dominus propero vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc; 38. sed Iosue filius Nun, minister tuus, ipse intrabat pro te: hunc exhortare et robora, et ipse sorte terram dividet Israeli; 39. parvuli vestri, de quibus dixisti quod captivi ducentur, et filii qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur: et ipsi dabo terram, et possidebunt eam. 40. Vos autem revertimini et abite in solitudinem per viam maris Rubri. 41. Et respondistis mihi: Peccavimus Domino; ascendumus et pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. Cumque instructi armis pergeretis in montem, 42. ait mihi Dominus: Dic ad eos: Nolite ascendere, neque pugnetis, non enim sum vobis; ne cœdatis coram inimicis vestris. 43. Locutus sum, et non audistis: sed adversantes imperio Domini, et tumentes superbia, ascenditis in montem. 44. Itaque egressus Amorreus, qui habitabat in montibus, et obviavam veniens, persecutus est vos, sicut solent apes persecuti: et eccecidit de Seir usque Hormam. 45. Cumque reversi ploraretis coram Domino, non audivit vos, nec vocis vestrae voluit acquiescere. 46. Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

Vers. 1.

MIRACULOSA vox voe  
Mosis, Antonii, Vincen-  
ti, etc.

1. HEC SUNT VERBA QUE LOCUTUS EST MOYES AD OMNEM ISRAEL. — Ille miraculæ factum videtur, ut Mosis vox a toto Israele, id est a duobus vel tribus hominibus millionibus audiatur, inquit Abulensis. Idem colligitor elaritus ex cap. XXXI, 10: « Vos, etc., statim hodie cuncti coram Domino Deo vestro, etc. Omnis populus Israel, liberi et uxores vestrae, et advenae qui tecum morantur in eis, exceptis lignorum censoribus, et his qui compotant aquas. » Ita vox S. Antonii de Padua, S. Vincentii Fererii, et aliorum preconum Apostolicorum ad pluræ leucas, non tantum auditæ, sed et intellecta fuit a genibus exteris, et illorum lingue impensis.

TRANS JORDANEM. — Moses non transierat Jordanem, sed circa eum consistebat; dicitur tamen trans Jordaneam hunc locutus, quia respectu terre promissa (juxta quam Scriptura solet consignare plegas et situs locorum) regio hinc trans Jordanem erat. Ille Scriptura cum trans Jordanem vocat, ut patet Numer. XXXII, 32; Deuter. IV, 46. Forte Moses scripsit, cis Jordanem; sed Iosue, vel quis-

quis hæc Mosis diaria digessit, in Chanaan jam consistens, pro eo substituit, trans Jordanem (1).

CONTRA MARE RUBRUM. — Hoc enim mare arcatur: unde H̄brei vagando et gymando per desertum, sepius ad illud accesserunt, inquit Abulensis. Ille Septuaginta vertunt, prope mare Rubrum. Verum ex tabulis cosmographicis patet campesaria Moab (in quibus hec dicta sunt) longissime distare a mari Rubro. Melius ergo respondet Peterius, s̄ contra, vel e regione, dici de loco etiam longe distilo, modo alteri sit oppositus: sicut hic mare Rubrum obversum erat Hebrewi, consistentibus in campesariis Moab, Memini M. de maris Rubri, ut in iusta Hebrewi memoriam transiit miraculosi maris Rubri, itaque eos impellat, ad hæc Dei sui tam beneficis munda observanda.

(1) Juxta alias vox רָבֵב, que proprie significat transi-  
tum, tractuum, deinde denotat omnem tractum, qui fluvio aliis aut interfluentis aqua dimittitur, sive trac-  
tus ille sit interior, sive exterior.

In solitudine campesiri, scilicet in plasticis Moabitica. Cf. infra vers. 5.

Secundo, quia mare Rubrum fuit initium, cam-  
pesaria vero Moab fuerunt terminus peregrina-  
tionis Hebreworum: utrumque ergo hic consignat  
Moses. Hebrewus est contra mare sup̄, id est  
termini, pe, quod accipi posset mare Mortuum,  
quod terminat terram sanctam ab Oriente, illique  
vicina et opposita sunt campesaria Moab. Verum  
mare sup̄ alibi passim significat mare Rubrum,  
quod *Egyptum* ab Arabia distinxit, et ita hic  
verum Chaldaea et Septuaginta (1).

INTER PHARAN, ET THOPHEL, ET LABAN. — Chal-  
deus, et ex eo Rupertus Thophel accepit, non ut  
proprium, sed ut appellativum, ut sit nomen quod  
mormuratio; sic et Laban, id est album, signifi-  
care mamma. Unde verit: « Corripuit, eo quod  
peccatum in deserto; et quia irritaverunt Deum  
in campesariis, contra mare Rubrum; et in  
Pharan, ubi mormurati sunt aduersus mamma; et in Haseroth, ubi irritaverunt Deum super car-  
nes, et in eo quod fecerunt vitulum aureo. » Simili enim modo Jacob sub mortem corrupuit  
et increpavit Ruben, Simeon et Levi, Genes. XLIX,  
et Iosue Israelitas, Iosue uit, et Samuel populum,  
I Reg. XII. Verum patet hic non material, sed  
locum locutionis Mosis describi, ac proinde Tho-  
phel et Laban, aquæ de Pharan et Haseroth, esse  
propria locorum nomina, uti docent Septuaginta:  
quare paraphrasite hæc addidit Chaldeus, uti  
et illud de vitulo aureo: illius enim hic in Hebreo nulla est mentio; Hebrewus enim tantum dicit in  
Haseroth esse sufficientem, id est abundantiam,  
curi, hoc est, ut Noster verit, aut plurimum.  
Unde Septuaginta vertunt, auti fodina.

2. UNDECIM DIIEBUS, — sollicitus locutus est hæc  
Moses. Ita aliqui, sed obstant sequentia, a per  
viam montis Seir; non enim in via ambulando  
et proficendo, tanta multitudini loqui poterat  
Moses. Secundo, Cajetanus et Oleaster explicant,  
q. d. Undecima dierum fieri est ab Horeb usque ad  
Cadesbarne, quod vicinum est Chasanæ (2);  
sed Hebrewi ab mormur ab eis ingressu dilat et  
circumduiti sunt per quadraginta annos. Verum  
hæc exppositio nec vera est, nec ad propositionem.  
Quid enim hoc facit ad locum vel tempus, quo  
hæc locutus est Moses? Insulsius est quod Angit  
R. Salomon apud Lyranum, iter ab Horeb ad  
Cadesbarne esse undecim dierum, sed Hebrews illud tridui confesse; hoc enim tridui figura-  
mentum multis hæc confutat Abulensis.

Quarto, si vera, locutus est Moses, q. d.  
Regimen vestrum, vestrigate curam, puta tolos populi onus, solas sustinere  
non valeo. Erat enim Moses non tantum judex  
populi, sed et pater, pedagogus et mater, que  
solus suis in sinu portat, ut patet Numer. XI, 11  
et 12.

11. DOMINUS, etc., BENEDICAT VOBIS, — dando sci-  
liet cum prolibus copiam honorum temporalium  
et spiritualium; Dei enim benedicere est benefi-  
cere, quia efficax est Dei verbum.

13. TULIQUE, etc., NOBILES, — Hebrewi, tuli ca-  
pita tribuum vestrarum. Hebrewi in eo qui gerit  
magistratum septem virtutes requirunt: primo,  
sapientiam; secundo, humilitatem; tertio, timorem  
Dei; quartu, odium avaritiae; quinto, amorem ve-  
nitatis; sexto, philanthropiam; septimo, bonum  
nomen.

(1) In hebr. non est contra mare Sup̄, sed contra sea

et regione Sup̄. Itaque multis Sup̄ videtur esse locus in

regione Moabitica situs, ita dictus fortasse quod in fini-

bus regionis situs esset: nam sup̄ finire, et terminus

denotat; neque haec vox sola, ait, Erythreum mare

unquam indicatur. Ita Alliodi ad H. I.

(2) Ita et Rosenmüller.

dibus, eundo per viam montis Seir, qua scilicet  
iter versus Idumæam, progrediens usque ad  
Cadesbarne, et inde circum Idumæam pergendo  
ad campesaria Moab. Nam a Sina usque ad Ca-  
desbarne sunt 17 leues unius horæ; a Cades-  
barne usque ad campesaria Moab sunt 34 leues;  
ut patet ex tabulis Adrichomii; a Sina ergo ad  
Moab sunt 51 leues: quare si quilibet die con-  
ficias quatuor leucas cum dimidia, undecim die-  
bus venies a Sina usque ad hæc campesaria Moab.  
Ita Abulensis.

Tropologice S. Gregorius, lib. II Moral. cap. 1: « Israel, ait, verba Dei in monte audire non potuit,  
sed precepia in campesariis accepit: subsequen-  
tem nimicum infirmatorem populi indicans,  
qui ascendere ad summum non valuit, sed semel-  
sum in infinitis neglecte vivendo laxivit. »

3. UNDECIM MENSES, PRIMA DIE MENSIS. — Deute-  
ronomium ergo promulgavit Moses primo die  
mensis Seir, qui nostro fastario respondeat. Primi  
mensis enim Hebreworum mensis era Nisan, puta  
martius; ac consequenter undecimus era Januarius,  
duodecimus februarius. Sic Christus prima  
die januarii, circumcisione sua, nomineque Jesu  
legem novam condere, eamque suo sanguine san-  
cere copit, ut merito hoc novi anni et vite Chris-  
tians sit exordium, quod hic portendit et prefig-  
ravuit Moses, dum eodem mense et die promul-  
gavit Deuteronomium (3).

7. VENITE AD MONTEM AMORREUM, — ad mta. Vers. 7.  
Galaad et regnum Oz; hic enim eo caso ope-  
cuparunt Hebrewi, Numer. XXI, 35.

8. UT DARET ILLAM EIS ET SEMINI EORUM. — Tū et Vers. 8.  
semper. Ita aliqui, sed obstant sequentia, a per  
viam montis Seir; non enim Abraham, Isaac et Ja-  
cob unquam per se possederunt terram promis-  
sam, sed tantum in filiis et posteris suis. Sic et  
alibi sumitur et, ut ostendit Levit. VI, 2.

10. NON POSSU SOLUS SUSTINERE VOS. — Septua-  
ginta, ferre vos, q. d. Regimen vestrum, vestrigate  
curam, puta tolos populi onus, solas sustinere  
non valeo. Erat enim Moses non tantum judex  
populi, sed et pater, pedagogus et mater, que  
solus suis in sinu portat, ut patet Numer. XI, 11  
et 12.

11. DOMINUS, etc., BENEDICAT VOBIS, — dando sci-  
liet cum prolibus copiam honorum temporalium  
et spiritualium; Dei enim benedicere est benefi-  
cere, quia efficax est Dei verbum.

13. TULIQUE, etc., NOBILES, — Hebrewi, tuli ca-  
pita tribuum vestrarum. Hebrewi in eo qui gerit  
magistratum septem virtutes requirunt: primo,  
sapientiam; secundo, humilitatem; tertio, timorem  
Dei; quartu, odium avaritiae; quinto, amorem ve-  
nitatis; sexto, philanthropiam; septimo, bonum  
nomen.

17. NULLA ERIT DISTANTIA PERSONARUM (Hebrei),

(3) Vers. 4. Tū in Edrat non videtur referendum ad

mansi, sed ad percussi. Cf. Num. XXI, 33, et infra m. 4.

Vers. 5. Trans Jordanem. Rectius, ait Alliodi, juxta

titulus Jordanis.

*non agnoscetis facies in iudicio*, id est, personam non considerabit, an dives sit, an pauper; *ITA PARVUM AUDIETIS UT MAGNUM, NEC ACCIPIETIS CUCUSQUAM PERSONAM, QUA DEI JUDICIJM EST*, — q. d. Quia cum judicatis, Dei vices geritis; Deus autem in iudicio aequissimus est, nec personam respicit. Historia hec descripta et explicata est *Exod. xviii.* 19. Audi S. Hieronymum in epist. ad *Damnam*: «Alienum te a personis omnium reude in iudicio, et propter justitiam in iudicio pauperum defensas, nec propter gratiam diviti indecenter assistas, aut si non potes facere, cognitione respice causarum. » Et Petrus Ravennatem in quodam epistola: «Nihil adeo gloriose luet in iudice, sicut amare et exhibere justitiam sine omni acceptione personae. Testate enim Cicero, exuit personam iudicis, quisque amicum induit. Aquilus cui iudex obsequitur, sinistram odii vel amoris dexteram nescit. Nam talis esse debet juris minister, ut in ejus manu nullius auctoritate personae titibet aut vacillet libra justitiae. » Rursum S. Hieronymus in *Amos*: «Quicunque, ait, consanguinitate aut amicitia, vel e converso hostili odio vel inimicitio in iudicando dicunt, perverterit iudicium Christi, qui est justitia. » Et Innocentius III Pontificis, lib. *De Vitiate conditionis humanae*: «Vos, ait, non attenditis merita causarum, sed personarum; non iura, sed munera; non quid ratio dicet, sed quid voluntas affectet; non quid sentiat, sed quid mens cupiat; non quid liceat, sed quid libertat. » Et infra: «Pauperum causam cum mera negligitis, divitum cum instanter promovetis. In illis rigore ostenditis, in istis ex mansuetudine dispensatis. Illos cum difficultate respiciatis, istos cum facilitate tractatis. Illos negligenter auditis, istos subtilem auscultatis. » Et infra: «Clamat pauper, et nullus exauditus, loquitur dives, et quilibet applaudit. Dives locutus est, et omnes tacuerunt; pauper locutus est, et dicunt: Quis est hic? et si offendierit, subvertent eum. Clamat vim patiens, et nullus exauditus; vociferatur, et non est qui judicet. Diviti dicunt: Tu sede hic bene; pauperi vero: Tu sta illic, vel sedu sub scabello pedum meorum. » Hinc Solon, teste Laertio, rogatus: «Quid est lex?» respondit: «Aranea tela;» quia si quid in eam incidit debole, retinetur; grave autem pertransit tela resicca; pauperes enim violentes legem plectuntur, divites impune agunt quod libet. Et Ovidius:

Curia pauperibus clausa est; dat census honores,  
Census amicitias: pauper ubique jacet.

Vis exempla non accipientium personas? Elias liberum increpavit Achab regem, Eliseus Joram, Nathan Davidem, Isaias Manasson, Daniel Nabuchodonosor et Baltasarem, Jeremias Joakin et Sedeciam, Joannes Baptista Herodem, Christus Seribas et Pharienses, Vis Gentilium? Papinianus Iurievenus. Utus a Caracalla Imperatore Iesus quis

parricidium, quo fratrem Getam occiderat, in se- natu diluere, recusavit dicens, «non tam facile parricidium excusari posse quam patrari. » Epan minandas filium corona donatum, deinde securi ferri jussit, quod praecepit paterni contemptor cum hoste conflixisset, eumque viceisset. Brutus consul et M. Torquatus filios capitae multarunt, quod cum Tarquinis contra patriam et inspirasse Zaleucus Locrensis cum legem tulisset de adultero execrando, ejusque filius in adulterio reprehensus esset, se uno, filium altero privavit oculo, ne ob acceptancem personae lex lata violaretur. Ita Valerius Maximus, lib. VI, cap. v.

19. 20 et 21. CUMQUE VENISSENUS IN CADESBARNE, Vers. 19, DIXI VOBIS: VENISTIS AD MONTEM AMORREI, etc., <sup>20 et 21.</sup> VIDE TERRAM QUAM DOMINUS DEUS TUUS DAT TIBI, — quia Cadesbarne est juxta Chanaan: tantum enim interest mons Idumea. Unde ex Cadesbarne missi sunt exploratores in Chanaan, ad eam statim invadendum.

22. DINISTIS: MITTAMUS VIROS, QUI CONSIDERENT Vers. 22. TERRAM. — Hinc patet ipsos Hebreos petuisse mitti exploratores, qui, eis annuente Deo et Mose, missi sunt *Num. XIV.*

28. URBS MAGNA, ET AD COELUM USQUE MUNTA, — Vers. 28. id est, muri altissimis vallate et munitae; et, ut Septuaginta vertunt, *πρεξεψία*, id est *murata*: est hyperbole; similis est cap. IX, vers. 4.

FILIOS ENACIM (id est, filios gigantum, puta gigantes ex posteris Enac, gigantis) VIDIMUS IBI. — Hec historia explicata est *Num. XIII.*

31. PORTAVIT TE DOMINUS DEUS TUUS, UT SOLLET HOMO GESTARE PARVULUM FILIUM SUUM. — Portavisti, id est deduxisti, direxisti, fovi, profixisti, scilicet primo, per columnam mubis et ignis; secundo, dando manna; tertio, protegendo te ab hostibus, eosque debellando; quarto, conservando tuas vires et sanitatem, item vestes, et calcios cingulorum. Unde cap. II, vers. 7, dicitur Deus habuisse cum Hebreis 40 annis.

33. METATUS EST LOCUM (præcedens castra in Vers. 33. columna nubis) IN QUA TENTORIA FIGERE DEBERE-

36. QUA SECUTUS EST (Caleb) DOMINUS. — Hoc Vers. 36. braice, quia perfecti (scilicet ut iret) post Domi num, id est, perfecti mandata mea, sequendo me, mihique in omnibus plene et perfecte obsequendo.

39. ET FILII, QUI HODIE BONI AC MALI IGNORANT Vers. 39. DISTANTIAM, — puta parvuli vestri, qui nondum habent usum rationis, ut bonum a malo discernant (<sup>1</sup>).

43. ADVERSANTES IMPERIO DOMINI. — Hebrei, Vers. 43. exacerbastis a domini, id est, repugnasti ejus ver bis et jussis; itaque eum, ejusque os et vultum irritasti.

(1) Vers. 41. Pro summa intractari, etc., in hebrei, est, *et accidens est eum quicunque invenientur vestimenta vesti, et rumpere possint.*

44. AMORRHEUS, ETC., PERSECUTUS EST VOS, SICUT SOLENTE APES PERSEQUI, — q. d. Scit apes irritatae magno numero et furore persecutur lazescentes se: ita et hostes vestri, scilicet Amorrei, vos persecuti sunt.

46. SEQUITIS ERGO IN CADESBARNE MULTO TEMPORE. — In Hebreis additur, secundum dies quibus mansistis. Quod Vatablus sic explicat, q. d. Tot diebus mansistis in Cadesbarne post regressum exploratorum, quotibidem manseratis ante eum regressum. Secundo, Hebrei in *Seder Olam* sic explicant, q. d. Mansistis in Cadesbarne tot diebus,

## CAPUT SECUNDUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Repetit transitum Hebreorum per fines Idumeæ, vers. 4, et Moabitidis, vers. 9, et Ammonitidis, vers. 18, incolis earum intactis. Denique bellum et victoriam de Sehon, vers. 24.

1. Profectique inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad mare Rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: et circuivimus montem Seir longo tempore. 2. Dixitque Dominus ad me: 3. Sufficit vobis circuire montem istum, ite contra Aquilonem; 4. et populo præcipe, dicens: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esan, qui habitant in Seir, et timebunt vos. 5. Vide ergo diligenter ne moveamini contra eos: neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest unus pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esan dedi montem Seir. 6. Cibos emetis ab eis pecunia, et comedetis: aquam emptam haurietis, et bibetis. 7. Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum, novil iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos: habitans tecum Dominus Deus tuus, et nihil tibi deficit. 8. Cumque transiesset fratre nostros filios Esau, qui habitabant in Seir, per viam campestrem de Elath, et de Asiongaber, venimus ad iter, quod ducit in desertum Moab. 9. Dixitque Dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec incas adversus eos prælium: non enim dabo tibi quidquam de terra eorum, quia filii Lot tradidi Ar in possessionem. 10. Emim primi fuerunt habitatores ejus, populus magnus et validus, et tam exclusus, ut de Enacim stirpe, 11. quasi gigantes, crederentur, et essent similes filiorum Enacim. Denique Moabitæ appellant eos Emim. 12. In Seir autem prius habitaverunt Horrai: quibus expulsi aliquæ deletis, habitaverunt filii Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis sua, quam dedit illi Dominus. 13. Surgentes ergo ut transiremus torrentem Zared, venimus ad eum. 14. Tempus autem, quo ambulavimus de Cadesbarne usque ad transitum torrentis Zared, triginta et octo annorum fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut juraverat Dominus: 15. cuius manus fuit adversus eos, ut interirent de castrorum medio. 16. Postquam autem universi cecciderunt pugnatores, 17. locutus est Dominus ad me, dicens: 18. Tu transibis hodie terminos Moab, urbem nomine Ar: 19. et accedens in vicina filiorum Ammon, cave ne pugnes contra eos, nec movearis ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filii Lot dedi eam in possessionem. 20. Terra gigantum reputata est: et in ipsa olim habitaverunt gigantes, quos Ammonites vocant Zonizim, 21. populus magnus, et multus, et procerus longitudinis, sicut Enacim, quos delerit Dominus a facie eorum: et fecit illos habitare pro eis, 22. sicut fecerat filii Esau, qui

habitant in Seir, dicens Horraeos, et terram eorum illis tradens, quam possident usque in praesens. 23. Hevaeos quoque, qui habitabant in Haserim usque Gazam, Cappadocios expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleverunt eos, et habitaverunt pro illis. 24. Surgite, et transit in orientem Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhæum, et terram ejus incipe possidere, et committe adversus eum prælrium. 25. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni celo: ut audit nomine tuo paveant, et in morem parturientium contremiscant, et dolore teneantur. 26. Misi ergo nuntios de soliditate Cademoth ad Sehon regem Hesebon verbis pacificis, dicens: 27. Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via: non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram. 28. Alimenta pretio vendit nobis, ut vescamur: aquam pecunia tribue, et sic bibemus. Tantum est nobis concedas transitum, 29. siue fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir: et Moabitæ, qui morantur in Ar: doae venimus ad Jordanem, et transeamus ad terram, quam Dominus Deus noster datus est nobis. 30. Noluitque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum: quia induraverat Dominus Deus tuus spiritum ejus, et obfirmaverat cor illius, ut tradiceret in manus tuas, sicut nunc vides. 31. Dixitque Dominus ad me: Ecce ceipi tibi tradere Sehon, et terram ejus, incipe possidere eam. 32. Egressusque est Sehon obviam nobis cum omni populo suo ad prælrium in Jasa. 33. El tradidit eum Dominus Deus noster nobis: percussimusque eum cum filiis suis et omni populo suo. 34. Cunctasque urbes in tempore illo cepimus, interfecimus habitatoribus earum, viris ac mulieribus et parvulis, non reliquimus in eis quidquam. 35. Absque jumentis, quas in partem venerè prædantum: et spoliis urbium, quas cepimus, 36. ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, oppido quod in valle situm est, usque Galasa. Non fuit vietus et civitas, quæ nostras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noster nobis. 37. Absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus: et cunctasque adjacentes torrenti Jeboe, et urbibus montanis, universisque locis, a quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

1. CIRCVINUS MONTEM SEIR, — puta Idumeam: Idumeorum enim parens fuit Esau, qui dictus est Edom, quia rufus; et Seir, quia pilosus. Vide hos Hebreorum gyros per desertum, et circa Idumeam, in tabulis Adrichomii ad vivum descripsitos. Porro Idumeæ dicunt mons, quia alta est et montosa. Unde Abdu. vers. 3 et 9, id Idumeos morari in scissuris petrarum et montibus, additum: «Exaltatus fueris ut aquila, et si inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahatur te, dictus dominus.» Ita S. Hieronymus *De locis Hebr.*

3. IRE CONTRA AQULONEM, — ite contra terram promissam, que est ad Aquilonem Idumeam, quam circumistis iam longo tempore versus Meridem et Orientem; sed vestri miseritis, volo ut quantus incidatis iter vestrum per extrema Idumeam, ut recta contendatis in Chanaan, videlicet inter Moabitas et Ammonitas incendendo, per regna Og et Sehon.

4. TRANSIBITIS PER TERMINOS FRATRUM VESTRORUM, FILIORUM ESAU. — Licit enim Num. xx, 21, Idumei initio negarunt transitum Hebreis; hinc tamen, et ex vers. 6 et 29, patet eos Hebreis tandem transitum, saltem per extrema regionis sue processisse. Ita Abulensis, licet alter sentiat Lyranus cum Rabbi Salomone.

5. NE MOVEAMINI CONTRA EOS, — Hebraice, *ne* Vers. 6. *misceatis bellum*, scilicet cum eis.

6. CIBOS EMITIS AB EIS PECUNIA, ET CONEBETIS. — Vers. 6. Hinc patet Hebreos carni et ventri addictos, in desertis operari et rorari, et non aliis cibis, quos vel emebant ab Idumeis, aliisque vicinis gentibus, vel venabantur, vel ex percoribus suis accipiebant. Idem patet Josue 1, 11; ita Andreas Masius ibi, Perierus in *Ecclesiæ* XIII, disp. 7, Lorus in cap. XVI *Sapientia*, Abulensis in *Ecclesiæ* XVI, *Quest. XII* (1).

10. EMM PRIMI FERUNT HABITATORES EJUS, — scilicet Moabitidis. Nota: Erant olim diverse genera, et progenies gigantum, ut patet Gen. XIV, 5. Alii enim dicebant *Emin*, id est terribiles, videlicet aspectus, ob immanem proceritatem et vastitatem corporis: *מִן־אָמָה* enim hebreæ est *ter-  
ror*. Ita Chaldei et S. Hieronymus in *Quest. in  
Gen. cap. XIV*. Rursum Oleaster *Emin* ab *מִן־אָמָה*, id est cubitus, deducit, quasi dicas: Viri cubitorum, scilicet multorum. Secundi erant

(1) Vers. 7. *Nostiter tuum*, curam gessit itineri sui per desertum, iter tuum direxit, prosperum fecit, et in eo variis beneficiis affectit. Cf. Ps. 1, 6.

Vers. 9. *Ab Mosis temporibus et diu postea fuit Moabarum metropolis*.

*Emin* *Borathim*, qui tum alibi, tum hic versus 11, in Hebrew nominantur, ita dicti, vel a primo gigante, eorum parente, Rapha, cuius mentio est in *Paral.* xx, 6; vel quod remissos facerent hominum ammos, eosque immam sua statuta et moles percellerent et dissolverent: *נְגַדְתָּ* *rapha* enim significat remittere dissolvere. R. Nehemannus, et ex eo Andreas Masius in *Josue* XI, 4, putant *Rapha* esse cognomen Hebreorum: cum enim *וְיָחִזֵּם* *Chivim*, id est, Chevei, sive Hevaei, dicti sint a serpentibus, quod eorum instar, in terra cavernis habitarent, hinc pariter dicti sunt *Rapha*, quasi dicas, Inferi, ut quod sub terra in specubus degarent: sic enim *Isaiah* cap. XXVI, vers. 14, infernos vocat *Rapha*. Tertiū erant *Eminim*, scilicet unius et posteri Enae gigantis, de quo *Josue* XXI, 14, et cap. XV, vers. 13 et 14. Aliqui tamen sumunt Enae non esse nomen, sed cognomen, quasi dicas, *Torquatus*, eo quod hi gigantes torquati incederent: *נְגַדְתָּ* *anac* enim torque significal. Sic apud Romanos, T. Manlius a torque, quem in pugna apud Anienem Gallo detraxit, dictus est Torquatus.

Vers. 12. *In Seir autem prius habitaverunt Horraeos* (de quibus *Gen.* XIV, 5, quos percussit Codar-lahomer, vasans montana Seir. Andreas Masius in *Josue* XI, 4, censet *וְיָחִזֵּם* *Churim*, id est, Chorreae, sive Horraeos, fusse Troglodytas, itaque dictos a cavernis, quos incolebant (*וְיָחִזֵּם* *char* enim foramen, antrum, cavernam significat) aequæ ac Hevaei, quorum cognati fuerunt Horraeos, quos deinde expulerunt Idumei, ut hic dictur, perinde ac Amorreos expulerunt Hebrei: hoc enim est quod videtur: ) *Sicut fecit Israel in terra possessionis sue*, — puta in terra duorum regum, Og et Sehon: nequid enim ceteram terram præmissam ingressi erant Israhelites (1).

15. COUS (Domini) MANUS FUIT ADVERSUS EOS, — q. d. Domini *pīrus*, potestas et vindicta, que manu apud homines exerceri solet, fuit exercita contra murmuratores, ut interirent, vel, ut hebreæ est, ad perdendum vel conterendum eos in deserto.

Vers. 19. *Ammón et Moab*: unde ob meritam Lot, volunt Deus posteris ejus codere Ammonitum et Moabum, et quod videlicet fama rerum, a me pro te gestarum, perveniet, ut sequitur. Commodo ergo *et omni* accipiedunt est. Ita Oleaster. R. Salomon docet, vel potius fingit, terrenus Mosis sub omni celo: qui in victoria de Sehon et Og stetit sol, sicut stetit, quando pugnavit Josue contra multos reges in Gabao, *Josue* X, 12. Nil enim tale de Mose dicti Scriptura.

28 et 29. *TANTUM EST* (tantum requirimus) *ut nobis concedas transitum*, *sicut fecerunt filii Esau* (per extremam editio[n]is sue, ut dixi vers. 4) *et Moabitæ*, *qui morantur in Ar*. — Prius ergo Moabite transitum aliquem in limitibus Ar dedecit Hebreis (2); sed paulo post, videntes cedi ab eis Sehon regem, coperunt sibi timere, maxime cum secundo ad eos alio flexu accederent

*Sicut fecit Israel*, vers. 13, id est, sicut facit, seu in eo est ut faciat. Etiam verba que actionem indicant, hanc raro sunt capienda de re, quia in proximatu est, ut fiat. Neque est ligitur cur haec verba post Mosen inserta arbitramur.

(2) Omissis hisce conjecturis, simplicius dici potest, Idumeos de quibus *Num.* XX, 14-21, quibus Hebreis transiunt negarunt, diversos esse ab iis, qui hic memorantur. *Filiis Esau*, qui habitant in Seir.

Hebrei : unde vocariunt Balaam, qui malodiceret Hebreis, *Num. xxii, 3.* Ita Abulensis. Censet Andreas Masius in *Josue cap. xii, 3.* Ar esse Aeropolim.

**Vers. 30.** 30. **QUIA INDURAVERAT DOMINUS DEUS TUS SPIRITUM TUM EUS.** — subducendo ei gratiam mollientem, et ex alia parte formidinem ac metum Hebrewrum ei injiciendo : regi enim Gentili iure timendum erat, ne Hebrewi specie transitus dolose coparent ejus regnum; itaque ei petitionem Ilebraorum de transitu proponendo, quem ipsum omnino negaturum prescribat; unde consecutum est ut Hebrewi eudem vi et bello tentarent, in quo Sehon succumberet, et traduceretur in manus eorum. Vide de obduratione dicta *Exodi cap. vii,* vers. 3.

33. **PERCUSSIMUSQUE EUM CUM FILIIIS SUIS, ET OMNI FOPULO SUO.** — Tradit Josephus, ex se, ut videtur, more suo rem exornans, quod in bello hoc multi ex Amorrhæis sibi sint mortui; alii ruentis ad fluvium Arnon, jaculis confixi sint; alii ad membra

fugientes, a fundibulariis præventi, usque ad internectionem deliti sint.

Ex diefus hucusque patet quod Moses, licet exclusus sit terra sancta, regne ac Aaron, multa tamen præ eo habuerit privilegia et gaudia. **Prisim quod in partem terre sanctæ, quæ est ultra Jordaneum, scilicet in Galadidem, ingressus sit :** Aaron vero jam ante mortuus fuerit in monte Hor. **Secundum, quod debellarit Og et Sehon, eorumque regna occuparit, et suis divisoribus.** **Tertium, quod excepterit benedictionem Balaam.** **Quartum, quod Madianitas deleverit.** **Quintum, quod e proprio tolam terram promissam speculatorus sit.** Ita Abulensis.

34. **INTERFECTS HABITORIBUS EARUM, VIRIS AC MULIERIBUS, ET PARVULIS.** — Quia Deus jussorat omnes gentes, quarum urbes possessori erant Hebrewi, totaliter deleri, ut patet *cap. xx, versu 16.*

37. **QUE ADJACENT TORRENTI JERO,** — ubi Jacob lucutus est cum angelō, *Genes. xxxii, 22,* perlitetur ad Ammonitas.

## CAPUT TERTIUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Repetit Moses victoriam de Og, et quoniam ejus aquæ ac Sehon, ditionem diviserit inter tribum Gad, Ruben et dimidiā Manasse, ea lege ut ipsi alias tribus præante, et in Chanaan inducent. Denique, vers. 23, orat Moses ut sibi detur ingredi in Chanaan; sed Deus ei silentium indicit.*

1. Itaque conversi ascendimus per iter Basan; egressusque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. 2. Dixitque Dominus ad me : Ne timeas eum; quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua, faciesque ei sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitavit in Hesebon. 3. Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan, et universum populum ejus : percussimusque eos usque ad internectionem, 4. vastantes cunctas civitates illius uno tempore; non fuit oppidum, quod nos effugeret : sexaginta urbes, omnem regionem Argob regni Og in Basan. 5. Cunctæ urbes erant munitæ muris altissimis, portisque et vestibulis, absque oppidis innumeris, quæ non habebant muros. 6. Et delevimus eos, sicut feceramus Sehon regi Hesebon, disperserentes omnem civitatem, virosque ac mulieres et parvulos : 7. Juventa autem et spolia urbium diripiimus, 8. tulimusque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Jordanem; a torrente Arnon usque ad montem Hermon, 9. quem Sidonii Sarion vocant, et Amorrhæi Sanir; 10. omnes civitates, que sitæ sunt in planitate, et universam terram Galaad et Basan usque ad Selcta et Edrai civitates regni Og in Basan. 11. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus ejus ferrens, qui est in Rabbath filiorum Ammon, novem cubitos habens longitudinem, et quatnō latitudinem ad mensuram cubiti virilis manus. 12. Terraque possedimus tempore illo ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, usque ad medianam partem montis Galaad, et civitates illius dedi Ruben et Gad. 13. Reliquam autem partem Galaad, et omnem Basan regni Og, tradidi mediae tribui Manasse, omnem regionem Argob : cunctaque Basan vocatur terra gigantum. 14. Jair filius Manasse possedit

omnem regionem Argob usque ad terminos Gessuri et Machati. Vocavitque ex nomine suo Basan Havoth Jair, id est, Villas Jair, usque in presentem diem. 15. Machir quoque dedi Galaad. 16. Et tribubus Ruben et Gad dedi de terra Galaad usque ad torrentem Arnon medium torrentis, et confinium usque ad torrentem Jeboc, qui est terminus filiorum Ammon : 17. et planitem solitudinis, atque Jordaneum, et terminos Cenereth usque ad mare deserti, quod est salissimum, ad radices montis Phasga contra Orientem. 18. Praecepsique vobis in tempore illo, dicens : Dominus Deus vester dat vobis terram hanc in hereditatem; expediti præcedite fratres vestros filios Israel, omnes viri robusti, 19. absque uxoribus, et parvulis atque jumentis. Novi enim quod plura habeatis pecora, et in urbibus remanere debebunt quas tradidi vobis; 20. donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris, sicut vobis tribuit, et possideant ipsi etiam terram, quam datus est eis trans Jordanem : tune revertetur unusquisque in possessionem suam, quam dedi vobis. 21. Josue quoque in tempore illo præcepit dicens : Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus vester duobus his regibus; sic facit omnibus regis, ad quæ transiturus es. 22. Ne timeas eos : Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis. 23. Precatusque sum Dominum in tempore illo, dicens : 24. Domine Deus, tu cepisti ostendere servo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam; neque enim est aliud Deus, vel in celo, vel in terra, qui possit facere opera tua, et comparari fortitudini tuae. 25. Transibo igitur, et video terram hanc optimam trans Jordanem, et montem istum egregium, et Libanum. 26. Iratusque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixi mihi : Sufficit tibi : nequaquam ultra loquaris de hac re ad me. 27. Ascende cacumen Phasga, et oculos tuos circumfer ad occidentem, et ad aquilonem, austrumque et orientem, et aspice, nec enim transibis Jordanem istum. 28. Præceps Iosue, et corroborab eum atque conforta : quia ipse præcedet populum istum, et dividet eis terram quam visurus es. 29. Mansimusque in valle contra fanum Phogor.

8 et 9. **TULIMUSQUE TERRAM, etc., A TORRENTE ARNON USQUE AD MONTEM HERMON, QUÆ SIDONII SARION VOCANT, ET AMORRHÆI SANIR.** — Mons ergo Hermon vocatur *Sarion* et *Sanir*; vocatur et *Sion*, vel *Seon*, ut patet *cap. iv, vers. 48.* R. Salomon putat *Sanir*, vel *Senir*, esse nomine Germanicum, sequæ ac Chananeum, significans nivem, qua cooperatus est semper mons Hermon. Idem censet R. Nehemannus, et ex eo Masius, *Josue xii, 5;* quin et Chaldaeus *Sanir* interpretatur nivis (1). Addit Masius hunc montem esse contiguum Libano, ejusque quasi pars spectantem ad Orientem, quæ nivem rigida est, vasta et inculta, indeque dictam esse Hermon, vel Chermon. *Chermon* enim, vel *herem*, significat rem perditan, corruptam, succisam, vastatam, que nulli est usui vel fructui.

11. **SOLUS QUPPE OG, REX BASAN, RESTITERAT DE STIRPE GIGANTUM,** — intellige in regione illa : nam alibi adhuc existit gigantes patet *Numer. xii,*

(1) Hermannell. Arab. propriæ significat *prominentem montis verticem.* Sanir propriæ est torrix. Aperte autem, inquit Simonis in *Onomast.* c. t. p. 71, montibus aliis id nominis convenit, quia naturalissima constructione prestant genitib. in expon. n. n. a. minima. Sic nomen montis est in Nagusia; et pars Alpinum vocatur *Brennus;* Bren autem, vel Bryn veteribus Germanis *galecum* nolavit. »

34, *Josue xv, 14, et i Paral. xx, 8;* ibi ergo ex gloriantibus remanserat sola stirps Og : nam alii perirent et deleti sunt a Cedorlahomer, *Gen. xiv, 8.* Fabulantur Judei Og fuisse reliquum ex diluvio, et ex gigantibus, qui ante diluvium fuerunt, *Genes. vi, 4,* itaque Og oclingtonos et plures vixisset annos; qua re dixi *Genes. vii,* in fine.

MONSTRATOR LECTUS EJUS PERREUS IN RABBATH (hæc postea dicta est Philadelphia, teste S. Hieronymi in *Loci Hebraicis*), NOVEN CURIOS HABENS LONGITUDINEM, ET QUATUOR LATITUDINIS. — Talmudici tradunt hunc lectum fuisse cunus Og, cum esset parvulus : nam cum crevit in virum, ait, solum pedem ejus fuisse 120 cubitorum, non communium, sed giganteorum, qualis erat Og; ac consequenter tam ipse, quam lectus ejus, facile leucam integrum occupassent, inquit Abulensis; de qua fabella plur. dixi *Nam. xxi, 33* (2).

Physice, vasta ista corpora sepe parum habent mentis. Vulgo dicunt illud Sophoclis, *Δύος πατέρες, αμεν λόγος,* dicitant enim pro longis membris deesse, pusillis adesse animum : parvi enim

(2) Pro monstratur hebr. est *nonne est*, etc. פְּנַיִם pro נֶגֶד ponitur. Lectum ilium, tanquam spolium, in sam metropolium Rabbath secum abstulisse poterunt, idque ante prædictum Mosis cum Og commissum. Igitur haec circumstancia Israelitis imotescere potuit, amelius David *hanc Ammonitarum regiam expugnaret*, *Il Sam. xi, 16.*

sunt animosi. De valde procerò dicitur : « Longior est, et caliga Maximini, » id est, prælongus est et insulsus. Gine et Vegetius, lib. I, cap. v : « In bello, inquit, non tam stature militis rationem habere convenient, quam virium. » Celebratur illud Athenæi : « Nullus malus magnus pectoris; et dicturque de iis qui pregrandi sunt corpore, ceterum ingenio nullo. Virtus animæ unita fortior est in parvo, quam divisa in magno. »

Symbole, Abulensis hic, Quæst. III : « Og, aut, hebreæ idem est quod coacervans, et signat peccatores, qui peccata pecatos superaddit, donec veniat in profundum malorum. Peccatum enim, cui per penitentiam remedium non adhuc habetur, mox sibi nequiores socios aggregat, ut fiat habitat omnis spiritus immundus, maxime luxuria; in quo cum quis novem cubitos longitudinis, et quatuor latitudines haberet, tanquam in lecto requiescit immobility. Primus ergo cubitus, vel gradus, est in cibis exquisitis. Secundus, in dulcibus et continuis poculis, quia venter mero aestuans despiciat in libidinem, ut sit. Hieronymus. Tertius est in spectaculis. Nam, ut at Poeta :

*Spectatum veniunt; veniunt spectentur ut ipse.  
Iste locus casta damna pudoris habet.*

Et Jerom, cap. ix : Intravit mors per fenestras nostras; et Oculus meus depredatus est animam meam. Quartus est in cantilenis lascivis. Quintus est in aromatis, que venerem provocant. Sextus est in domis et munuscillis. Septimus, in molibus lecti. Octauus, in temporali sociorum letitia. Nonus, in turpi usu feminarum. Habet quoque iste impudicorum lectus quatuor latitudinis cubitus. Primus est turpis cogitatio. Secundus, perficiendi consensus. Tertius, consequens operatio. Quartus, diuturna assiduefatio, que tandem facit hunc lectum ferreum, ut a nulla bona monitione, vel inspiratione superari possit. » Hucusque Abulensis.

CURIT VIRILIS MANUS. — Hebraice, secundum cibum viri.

14. JAIR, FILIUS MANASSE, POSSET OMNEM REGIONEM ARGOB. — « Filius, » id est nepos. Vide Num. xxxi, 41. Hebrei enim omnes posteros vocant filios. Sic Iudei vocantur filii Israel. Sic Elisabeth vocatur filia Aaronis, Luce. 1, 5. Asa et Ezechias vocantur filii Davidis, III Reg. xv, 41, et IV Reg. xviii, 3 (1).

USQUE IN PRESENTEM DIEM. — Abulensis vult haec verba addita esse, non a Mose, sed ab Esdra, qui Dei instinctu libros legis a Chaldeis combustos restauravit, et de novo conscripsit; aquæ ac illud, vers. 4 : Monstrarunt lectus ejus, et cœ., eo quod paulo ante mortem Mosis haec continguerint.

(1) Et Iairus vocavit eos tractus ex nomine suo, vocavit Basanum, seu tractus Basanum, vicos Iair.

Verum non est necesse hoc dicere : nam tres et plures menses ab hisce gestis usque ad mortem Mosis fluxerunt.

Adde, si haec addita sunt ab alio quopiam, non ab Esdra, sed ab eo qui diaria haec Mosis paulo post digestis, esse addita. Denique, non est verisimil Esdram Pentateuchum totaque Biblia ex memoria, vel Dei instinctu, restaurasse : nec enim Chaldei exemplaria omnia, que per totam Judæam aliasque gentes sparsa erant, combrare potuerunt. De qua re alibi fuisse dicetur.

15. MACCABÆI (id est, posteris Machir) QUOCUME VERS. 11  
DEO GALAAD, — id est, patria Galadæ. Nam Rubenita etiam et Gaditæ ejus partem habebant, ut sequitur.

17. TERMINUS CENERETH. — « Cenereth » est Ge. Vers. 12. nezareth, sive mare Galilee, vel Tiberiadis, ut dixi Num. xxxiv, 12.

USQUE AD MARE DESERTI, — usque ad mare Mortuum, sive lacum Asphaltitem, Num. cap. xxxiv, vers. 3 et 12.

18. PRÆCEDIET FRATRES VESTROS, — armati in Chanana.

20. DOXEC REQUIEM TRIBUAT DOMINUS FRATRIBUS VESTRIS, — donec scilicet debellentes Chananaeos, trans Jordaniem habitantes, quod factum est per septem annos, post mortem Mosis, sub Josue : deinde ab eodem, per alios septem annos, inter tribus divisa est terra, ab eisque pacifica possessa : ergo post quatuordecim annos Rubenites et Gaditæ redierunt ad sua, scilicet ex Chanana in Galadæ. Ita Abulensis.

21. DOMINE DEUS, TU COPISTI OSTENDERE SERVOS MAGNITUDINEM TUAM. — Notat Abulensis, si quis ab avaro aliquid petat, ut ei persuaderet, dicat hoc et pluribus sibi debet : sin autem a liberali et magnifico (qualis est Deus) petat, ut ei persuadeat, non debita, sed beneficia ejus alleget. Magnanimus enim liberter audit se dedisse, et non accipiese beneficium.

21. DOMINE IGITUR, ET VIDEBO TERRAM HANC OPTINAM TRANS JORDANEM. — Quasi dicat : Transeam, queso, et videam terram, pro qua 40 annis laboravi; sunt enim verba orantia. Patet ex Hebreo. Sic Hebrei sepe sumunt futurum pro optimo quo carent.

ET MONTEM ISTUM EGREGIUM. — « Montem, » scilicet Moriam, in quo Abraham obtulit Isaac, et in quo edificanda est Sion et templum, qui proinde appellatus est mons divinae visionis, ideoque egregius, et hebreo bonus per excellentiam vocatur. Ita Cajetanus. Chaldeus verit, videam montem istum bonum, et donum sanctuariorum.

22. MANSUSQUE IN VALLE CONTRA FANUM PHOGOR. — Hebraice, contra domum, id est, templum Phogor.

(2) Vox *Gai*, que propriæ cælesti denotat, hic est nomen proprium loci, cuius situs Num. xxii, 20 describitur.

## CAPUT QUARTUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Hoc capite et sequenti usque ad xii, Moses, repetito Decalogo et legibus quibusdam, ad eorum observationem populum excitat, maxime commemorando beneficia Dei eis collata; unde, hoc capite toto, urgat beneficium datae legis in Sina, cum igne et funo : inde vers. 44, designat tres urbes refugii, pro homicidis casuibus et involunturis.

1. Et nunc, Israel, audi præcepta et iudicia quæ ego doceo te; ut faciens ea, vivas, et ingrediens possideas terram quam Dominus Deus patrum vestrorum datus est vobis. 2. Non addetis ad verbum quod vobis loquer, nec auferetis ex eo : custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis. 3. Oculi vestri viderunt omnia quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contrivit omnes cultores ejus de medio vestri. 4. Vos autem qui adhaeretis Domino Deo vestro, vivitis universi usque in præsentem diem. 5. Seitis quod docuerim vos præcepta atque iusticias, siue mandavit mihi Dominus Deus meus : sic facietis ea in terra quam possessuri estis, 6. et observabitis et implebitis opere. Haec est enim vestra sapientia et intellectus coram populis, ut audientes universa præcepta haec dicant : En populus sapiens et intelligens, gens magna. 7. Nea est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. 8. Quia est enim alia gens sic incluta, ut habeat ceremonias, justaque iudicia, et universam legem quam ego proponam hodie ante oculos vestros ? 9. Custodi igitur temet ipsum et animam tuam sollicite. Ne obliviouscaris verborum quæ viderunt oculi tui, et ne excidant de corde tuo cunctis diebus vita tuae. Docabis ea filios ac nepotes tuos, 10. a die in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus est mihi, dicens : Congrega ad me populum, ut audiant sermones meos, et discant timore me omni tempore quo vivunt in terra doceantque filios suos. 11. Et accessistis ad radices montis, qui ardebat usque ad celum : erantque in eo tenebrae, et nubes, et caligo. 12. Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum ejus audistis, et formam penitus non vidistis. 13. Et ostendit vobis pactum suum, quod præcepit ut faceretis, et decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. 14. Mihique mandavit in illo tempore ut docerem vos ceremonias et iudicia, quæ facere debeberis in terra, quam possessuri estis. 15. Custodi igitur sollicite animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis : 16. ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel feminæ, 17. similitudinem omnium jumentorum quæ sunt super terram, vel avium sub celo volantium, 18. atque reptilium quæ moventur in terra, sive piscium qui sub terra morantur in aquis : 19. ne forte elevatis oculis ad celum videoles solem et lunam, et omnia astra cœli, et errore deceptus adores ea, et colas quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub celo sunt. 20. Vos autem tulit Dominus, et eduxit de fornae ferrea Egypti, ut haberet populum hæreditarium, sicut est in præsenti die. 21. Iratusque est Dominus contra me proper sermones vestros, et juravit ut non transire Jordanem, nec ingredieret terram optimam quam datus est vobis. 22. Ecce morior in hac humo, non transibo Jordanem : vos transibitis, et possidebitis terram egregiam. 23. Cave ne quando obliviouscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum, et facias tibi sculptam similitudinem eorum quæ fieri Dominus prohibuit : 24. quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus emulador. 25. Si ge-

nueritis filios ac nepotes, et morati fueritis in terra, deceptaque feceritis vobis aliquam similitudinem; patrantes malum coram Domino Deo vestro, ut eum ad iracundiam provocetis: 26. testes invoco hodie cœlum et terram, cito perituros vos esse de terra, quam transito Jordane possessuri esis, non habitabitis in ea longo tempore; sed delebit vos Dominus, 27. atque disperget in omnes gentes, et remanebis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus est Dominus. 28. Ibiique servietis diis, qui hominum manu fabricati sunt ligno et lapidi, qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur. 29. Cumque quiesceris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum: si tamen toto corde quiesceris, et tola tribulatione animas tuas. 30. Postquam te invenerint omnia que praedicta sunt, novissimo tempore reverteris ad Dominum Deum tuum, et audies vocem ejus. 31. Quia Deus misericors, Dominus Deus tuus est: non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiscetur pacti, in quo juravit patribus tuis. 32. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die quo creavit Deus hominem super terram, a summo celo usque ad summum ejus, si facta est aliquando hujuscenodi res, aut unquam cognitum est, 33. ut audiret populus vocem Dei loquens de medio ignis, sicut tu audisti et vixisti: 34. si fecit Deus ut ingredieretur, et tolleret sibi Gentem de medio nationum, per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam, et robustam manum, extentumque brachium, et horribiles visiones, iuxta omnia qua fecit pro vobis Dominus Deus vester in Aegypto, videntibus oculis tuis: 35. ut scires quoniam Dominus ipse est Deus, et non est aliud prater eum. 36. De celo te fecit audire vocem suam, ut doceret te, et in terra ostendit tibi ignem suum maximum, et audisti verba illius de medio ignis; 37. quia dilexit patres tuos, et elegit semen eorum post eos. Eduxi que te praeceps in virtute sua magna ex Aegypto, 38. ut deleret nationes maximas et fortiores te in introitu tuo; et introduceret te, daretque tibi terram eorum in possessionem, sicut cernis in presenti die. 39. Scito ergo hodie, et cogitato in corde tuo, quod Dominus ipse sit Deus in celo sursum, et in terra deorum, et non sit aliis. 40. Custodi præcepta ejus atque mandata quæ ego præcipio tibi: ut bene sit tibi, et filiis tuis post te, et permaneas multo tempore super terram quam Dominus Deus tuus datus erit tibi. 41. Tunc separavit Moyses tres civitates trans Jordanem ad Orientalem plagam, 42. ut confugiat ad eas, qui occiderit nolens proximum suum, nee sibi fuerit iniurians ante unum et alterum diem, et ad harum aliquam urbium, possit evadere: 43. Bosor in solitudine, quæ sita est in terra campestris de tribu Ruben: et Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad: et Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse. 44. Ista est lex quam propositus Moyses coram filiis Israel. 45. Et hæc testimonium et ceremonia atque iudicia, quæ locuta est ad filios Israel, quando egressi sunt de Aegypto, 46. trans Jordanem in valle contra fanum Phogor in terra Schon regis Amorrhæi, qui habitavit in Hesebon, quem percussit Moyses. Filii quoque Israel egressi ex Aegypto 47. possederunt terram ejus, et terram Og regis Basan, duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Jordanem ad solis ortum. 48. Ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, usque ad montem Sion, qui est et Hermon, 49. omnem planitatem trans Jordanem ad Orientalem plagam, usque ad mare solitudinis, et usque ad radices montis Phasga.

4. UT FACIENS EA VIVAS, — vita presenti, diuturna et prospera. Vide dicta Levit. xviii, 5.

2. NON ADDETIS AD VERBUM QUOD VOBIS LOQUOR, EC AUFERETIS EX EO. — Heretici hec verba rigide et plane universaliter accipiunt, indeque inferunt non esse admittendas ullas traditiones, nec canonones Pontificum, nec ceremonias Ecclesie.

Verum incepto et insulse hec dicunt: nam

primo, si ita est, ergo contra hanc legem peccavit Josue, Prophetæ, Christus et Apostoli, qui multa Mosi et Pentatecho addiderunt.  
Secondo, Moses non ait, «qua scribo», sed «qua loquor»: ergo perverse heretici torquent hec ad verbum Dei scriptum, ut excludant traditum, et viva loquenter voce, id est traditione, acceptum.

Tertio, si id vult Moses, quod volunt herefici; ergo ipse Moses pugnat secum. Nam capite xxi, vers. 10, jubet sub pena mortis obediendi decreto sacerdotis ad dexteram, nec ad sinistram. Cui tamen non obstat, qui insuper leges parentum, vel humanorum magistratum addidit et observat; nisi parentes, vel magistratus aliquid legi Dei contrarium precepissent.

Quarto, aliqui omnes Reges, Imperatores, Principes et Magistratus peccarent contra hanc Dei legem; multa enim ipsi edicta addiderunt hisce Dei legibus et iudicis. Itaque hisce verbis, «non addetis», etc., non vult dicere, non servabitis aliud, quam id quod nunc præcipio; sed in hoc quod præcipio nihil mutabilis, addendo, vel minuendo, sed integre facilius, ut iubeo, et non alter. Ita Bellarmius et alii passim.

Quinto, Calvinus fatur Apostolos addidisse quosdam ritus et ceremonias, adeoque novos possit addi; quinimum ipse cum suis novam Ecclesiæ speciem, novos ritus, novos ministros, novam docendi, concionandi, orandi, regendi, et sacramentum administrandi formam instituit: sic et ejus Ministri quotannis novas constitutiones in suis Synodis condunt et instituunt, quas sane addunt hinc Dei verbo.

Sexto, hec verba Moses dixit Iudeis, non Christianis, hisque jubet ut circumcidetur, aliaque sacra, et Sacramenta veteris legis servent, nihil deinde Iudeis spectat, non Christianos obligat, sed Iudeos; tantum, non Christianos.

Esto ergo daremus hereticis, haec intelligenda esse ita, ut ipsi volunt; nihil inde conclusum pro sua opinione: nam hec dicta sunt Iudeis populo, qui exiguum erat, et in parva regione conclusus, idemque rudi et crassus: unde ei data fuit lex, tot tamque varii præceptis distincta: ut alii non videbunt esse opus, secus est de lege nova, quæ spargenda erat per totum orbem; unde in ea merito Christi, paucis universibus præceptis traditis, alia ordinanda commisi Pastoribus et Rectoribus Ecclesie, ut recte advertit Gabriel Vasquez, II, Quest. XCV, art. 4, disp. 432, cap. IV.

Dico ergo: Sensus hujus loci est, g. d. Ad præcepta mea, quæ ego hoc capite et sequentibus præceptibus sum vobis, o Judei, non addetis aliiquid, scilicet eis repugnans et contrarium, presertim quod Beelphægor, ut sequitur, vel alterius novi numinis aut idoli cultum, et religiōnum inducat. Heo enim novi numina, novamque religionem, et ritum sacrorum excludere toto hoc capite et passim in Deuteronomio intulit Moses. Addit itaque legi Dei, quæ præcipit unum Deum colendum esse, aliquid, qui docet colendum esse Baal, Astartem, solem, lunam, aliosque deos. Tis ergo ad verbum, idem est quod contraria verbum; sic enim sumitur ἡ πλ. id est ad, pro contra, Psal. II, 2, Numer. XIV, 2. Sic Paulus, Galat. I, 8, anathema dicit iis qui aliud evangelizant præter id quod ipse evangelizavit: præter, id est, contra; agit enim de iis qui judaismum addere volebant christianismu, itaque evertentes christianismum. Hisce ergo verbis:

«Non addetis, nec auferetis,» tantum præcipit Deus ut sua lex integræ servetur, ut nihil ex ea addendo, vel minuendo vitetur aut mutetur; sed tota sancta tecta maneat, et observetur, quod alla phras, capite v, versus 32, alibi dicit: «Non declinabis ad dexteram, nec ad sinistram. Cui tamen non obstat, qui insuper leges parentum, vel humanorum magistratum addidit et observat; nisi parentes, vel magistratus aliquid legi Dei contrarium precepissent.

Secundo, «non addetis ad verbum quod vobis loquor, aliquid scilicet tanquam meum, vel a me dictum, aut jussum; nulli enim hominum licet scripta aut precepta sua venditare pro preceptis a Deo dictatis, aut pro Scripturis sacris. Similis phrasis est Apoc. cap. ult. vers. 18: «Contestor, ait, omni audienti verba prophetiae libri traximus, non quæ apposuerit ad hec, apponit Deus super illum plagas scriptas in libro isto.» Alioquin enim, non tantum Christus et Prophetæ, sed et ipsi Iudei multa addiderunt legi Dei, ut cælatura, omnemque ornatum templi, ut festum sororium sub Esther, festum dati ignis, festum encinariorum, etc. Heo enim non a Deo, sed a Iudeis sancta et instituta sunt. Denique, hec non sunt addita, sed potius inclusa legi Dei, quia legi Dei jubet obediri parentibus, magistratibus, pontificibus eorum que legibus.

3. OCULI VESTRI VIDERUNT OMNIA QUE FECIT DOMINUS CONTRA BEELPHEGOR, — de quibus dixi Num. cap. XXV.

6. HEC EST ENIM VESTRA SAPIENTIA ET INTELLEGENTIA. — Quasi dicat: Custodia harum legum ostendat vos esse sapientes et prudentes, atque a sapientissimo legislatore vno, sapientissime, sanctissime et castissime eductos, ab eodem per omnia regi, exaudiri et defendi.

4. Sapiens, inquit S. Bernardus, est cui queque res sapienti prout sunt, scilicet divinae ut diuinae, humanae ut humanae, æternæ ut æternæ, caducæ ut caducæ.

Refert Plutarachus in Comœdijo septem Sapientum, eos inter se disputasse, quis populus, «quænam res publica foret optimæ et felicissima? Prinus, inquit, Solon respondit: In qua injuria aliquis audet non minus illæsi, quam qui Iesus est, in jus rapiunt et puniunt. Secundus Bias dixit: In qua legem universi tanquam tyrannum metunt. Tertius Thales: Ubi, inquit, neque divites nimis, neque pauperes sunt eives. Quartus Anacharsis: In qua cum reliqua habentur virtutib[us] tamen potius, vitio deterior conditio defertur. Quintus Cleobulus: In qua eives reprehensionem magis metunt, quam legem. Sextus Pittacus: Ubi magistratum gerere non licet malis, licet bonis. Septimus Chilo: In qua maxime

leges, minime oratores audiuntur. » Hec vere, sed verius Moses hic : « In qua populus Deum timet, Deique legibus ad voluntati obedit. » Hoc nimilum sapientissima et beatissima est res publica.

7. NEC EST ALIA NATIO TAM GRANDIS (tam eximia, tamte dignitatis), QUE HABEAT DEOS APPROPIQUANTES SIBI, SICUS DEUS NOSTER ADEST CUNCIS OBSEBATIONIBUS NOSTRIS. — Videbatur enim Deus cum Moysi et Hebreis in tabernaculo habitare, cum eis conversari et colloqui, dubia omnia resolvere, preire in columna nubis, eosque per omnia dirigere et protegere. «ullo magis Deus adest Christianis, presertim in Venerabilium Sacramento, in quo corporaliter, realiter et essentialiter nobiscum habitat, non angelus, sed Christus ipse, verus Deus, et verus homo.

9. NE OBLIVISCARIS VERBUM (id est, rerum et portentorum) QUE VIDERUNT OCULI TUI. — Sic verbum pro re, motynmico tanquam signum pro re signata, accipitur Psalm. xc, 3 : « Liberavit me de laque venantium, et a verbo aspero, » id est, a re apera et accepta; et luc. i, 37 : « Non erit impossibile apud Deum omne verbum, » id est omnis res (i).

11. ACCESSISTIS AD RADICES MONTIS (Sina) QUI ARDET USQUE AD COELUM. — Hebraice, usque ad cœlū, id est usque ad medium cœli, hoc est usque ad celum ipsum. Cœlum hic non sidereum, sed aereum, sive ethereum, in quo sunt nubes, intellegi. Simili hebraismo dicitur Jonas, David et alii fuisse in medio mari, in mediis fluctibus, id est in ipso mari magno et vasto, in ipsis vastis fluctibus.

13. OSTENDIT VOBIS PACTUM SUM, — id est legem, que est conditio pacti inter vos et Deum init.

DECEN VERBA, — decim præcepta, que fuerunt quasi decem federis conditiones. Graci decem verba voce composita vocant *decades*.

15. CUSTODITE IGERI SOLICITE ANIMAS VESTRAS, — Hebrei cum Vatable ita prægnantes vertas, cœvate ergo accurate quam cara est vobis anima vestra, ne scilicet legem Dei violetis, sed eam custodiatis: qui enim eam custodit, custodit animam suam.

NON VIDISTIS ALIQUAM SIMILITUDINEM, etc., IN HEBREI, — quasi dicat: In Sina auditis Deum loquenter, sed non vidistis eum per essentiam, neque per effigiem; quare nec illam imitari, effingere, vel exprimere potestis, fabricando statuum maris, feminæ, aut alterius rei, cogitando, aut fingendo quod talis sit Deus qualis in statua illa monstratur.

Idem viderunt nonnulli Gentiles, inter quos Status ita canit :

Nulla autem effigies, nulli commissa metalla  
Forma Dei, mentes habitan et pectora gaudet.

Agesilaus monentibus ut quendam, qui belle

(i) Vers. 40 pro *in die* in hebr. est *diem*, quod pendet a docetibz vers. 9.

lusciniæ vocem imitabatur, audiret, respondit se ipsam lusciniæ audisse. Idem Judeis dicendum erat ad Gentes, invitantes eos ad simulacula Dei, scilicet, se Deum ipsum audisse in Sina.

16. NE FORTE DECEPTE FACIAS, etc., IMAGINEM MASCULI VEL FEMINE, — uti Gentiles deos habuerunt mares alios, alias feminas. Quin et Trismegistus in Panandro cap. i, iii, vii, Deum vocat marinem feminam; sit enim : ἡ θεὸς ἀρρενοεἶδης, ἡ θεὸς γενετική, hoc est, Deus marina, existens vita et lumen, genuit Verbum, quod alteram mentem (Spiritum Sanctum) produxit, Verum ipso vocat Deum marem-feminam, non quod revera sexus maris et feminæ habet, sed quod in generando Verbo lotum fecerit solus, quod in generatione humana faciunt conjugantes et femina. Nam Deus Pater Verbum suum generavit quasi pater, etiamque concepit quasi mater: alioquin hec locutio insolens est, et male sonans.

19. NE ADORES EA QUA CREAVIT DEUS IN MINISTERIUM CUNCTIS GENTIBUS. — Pro qua creavit Deus, hebraice est, *qua divisit Deus*, ut vicissim et quasi tempore, singulis gentibus et provinciis inserviant, lumineque praebant. Vide Gen. i, 14. Ita Rabanus. Hinc Judei fabulantur gentes singulis a sua stella regi, se vero a Deo.

20. VOS AUTEM, etc., EDIXIT DE FORNACE FERREA EGYPTI, — pula de servitute durissima, quia maxima est servitudo, vos affixi, quaque quasi fornax vos adiunxit, et quasi fornax vos conclusisti, non exitus, vel effugium ullum patet (3). Sic Isaiæ xlviij, 40, dicitur : « Elegi te in camino paupertatis; » pauperes enim paupertate, quasi camino, affliguntur et uruntur. Secundo, aliquid hic Moses ad contionem laterum, quos Hebrei in Egypto formabant, et coquabant in fornacibus lateriis, ex quibus liberavit eos Deus, educens in Chanaan.

24. QUA DOMINUS DEUS TUUS IGNIS CONSULENS EST, — q. d. Deus injuria sibi illata est vindicta, eamque acerrime puniri, instar ignis omnia vastantis. Vide dicta Erod. iii, 2, et Hebr. xi, 29. Quocire ignis vim, terrorem, alias doles eximias considerant, nimis divinitatis signum, insatiabilem, voracem. » Huic cum sacrificant, illi alimentum prebentes dicunt : « Ede, ignis, Domine. » Erat ergo eis ignis sacer et aternus, quem quoquam recte exercitum ducet, magni munis instar, argenteis alitrubis impositum proferebant. Ita Pierius, Hierogl. 46, cap. xxviii.

Symbolice S. Gregorius, hom. 5 in Ezech. : « Deus, ait, ignis consumens est, quia mentem quam repleverit, a peccatorum rubigine puram reddit. » S. Synedetis in Vitis Patrum, libro V, tract. De

(2) Fornaci, non ferrea, sed ferraria, id est, in qua ferrum coquunt et liquefi, terra Ägyptica comparatur ob servitutem, qua pressi in ea sunt Israelites, durissimum maximeque ipsi terribilem. Ita Winterus.

*Connexione* : « Labor, ait, est et magnum certamen impiorum qui convertuntur ad Deum, et postea inenarrabile gaudium. Sic enim qui ignem accendere volunt, prius tumantur, et ex fumi molestia lacrymantur, siueque obtinent quod volunt; etenim scriptum est : Quia Deus noster ignis consumens est; ita oportet et nos divinum ignem, cum lacrymis atque laboribus in nobis ipsis accendere. »

DEUS EXULATOR, — q. d. Deus est zelotes, non patitur terram, sed solus summe vult coli: quo cap. v, vers. 9.

Vers. 26. *Celum* et *terra* sunt *omnia* in *hostis* Dei.

26. TESTES INVOCO HOMINES COELUM ET TERRAM, cito PERITUROS VOS. — Nota: Moses et Prophetæ pro proprieitate, creaturæ irrationalibus vitam, sensum et testimonium attribuant, easque ad gravissimam oblationem, quia populum compungant et commoveant, testes vel judices invocant; preseruent cœlum et terram, quia haec minus et pone extunduntur ad omnes secuturas generationes: unde Moses ad hujus predictionis et combinationis memoriam, noluit testes mortuiores vocare, sed cœlum et terram, quia in eternum manent. Immortales ergo et aeterni sunt hi testes, qui omnibus futuris temporibus perseverabunt, et multis vocibus Deo loquentur hec esse vera, hominibusque (presertim hec verba Mosis legibus) pariter in clamabunt hec divina precepta, aequa et minima.

Omnis enim creature tacite obdient, consentunt, et attestantur sui Creatori, ejusque legi et ordinationi. Unde Baruch, cap. iii, vers. 34, alt. : « Stelle deudent lumen in custodis suis, et latitare sunt; vocate sunt, et dixerunt: Adsumus; et luxuriant ei cum iugunditate, qui fecit illos. » Consequenter, eadem tacite quae applaudebant, et attestabantur hisce verbis Mosis; ipse enim erat proaco Dei creatoris, q. d. Cœlum et terram testes invoco, ut cœlum nobis dante lucem, terra non sustinendo, dum haec loquerit et edico, reipsa multi testes sint, me haec vobis prædictissima. Rursum, ut, cum plague, quis haec prædictio, evenierit, fidem et testes sint, quid mea haec prædictio et mine remanserit, et similis sunt vindicis ac temporis Dei, qui hasce plagas per cœlum et terram vobis infigit. Nam, ut ait Sapiens, cap. v,

21 : « Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. » Quare si hi testes vitam et vocem haberent, aut si per miraculum Deus eis vocem daret, ut aliquando dedit, omnes una voce clamarent, et condamnarent impios; quoniam autem eam non habent, tacite et muta voce clamabant, et condemnabant impios.

Sic Isaías, cap. i, vers. 4, cum ait : « Audite, cœli, et auribus percipe, terra, » uitio præpotencia ad inanimas creaturas, ut gravior sit oratio, et plena indignatione, idque primo, ut significet Iudeos omnia sua bona, a cœlo et terra per Deum accepisse. Secundo, quia Judei adorarunt solem, lunam, lapides, ideo ea nunc, quasi ipsorum ju-

dices invocat. Tertio et maxime, quia cum ipsis nollent audire Deum, invocat inanima, quae semper obediunt Deo, ut gravissima sit querela et exprobatio; invocat, inquam, quasi testes mutos, ut quandoque sint vindicis Creatoris sui, ut cœlum, sit Rupertus, Judeis a præbeat tonenum, terra se præbeat ferream, sed maxima in die judicij, cœlum in eos fulmina vibret, terra vero iis despicat. Simili modo facit Moses hic, et Deut. xxx, 19, et xxxi, 28, et xxxii, 4.

Secundo, cum cœlum et terram testes invocat, invocat omnia que in cœlo et in terra sunt, per metonymiam, ac presertim angelos et homines, qui proprie dicti testes sunt. Ita Theodoreetus. Sic Poeta ait :

Vos aeterni ignes, et non violabile numen  
Testor.

Putabant enim Platonici ignes coelestes, id est, stellas esse animatas a suis intelligentiis, sive angelis præsidibus, quos quasi minoribus deos colebant.

Simili modo cum exorcizamus et adjuramus creaturas irrationales, adjuratio non dirigitur ad illas, quia non intelligent eam; sed ad naturam rationalem que illis presidet, easque movere posset, ut ait D. Thomas. Sic exorcizatur aqua, sal, domus: partim enim invocatur virtus divina, ut in usum harum rerum assistat, et diabolus vim coercent, partim per virtutem divinam præcipitur diabolus, ut abscedat, et in his non noceat. Sic exorcizant locuste, mures, ranas, grandines, tempestates, etc., ut Deus damna eorum avertat, et diabolus per illa non noceat. Vide Dominicum a Soto, lib. VIII *De Justitia*, Quest. III, art. 3.

29. CUNQUE QUASSERIS IN DOMINUM DRUM TUUM, INVENIES EUM, SI TAMEN TOTO CORDE QUESTERIS, ET TOTA TRIBULATIONE (scilicet in verâ contritione et conversione) ANIME TUE. — Hebraice est, *in tota anima tua*. Instauat, quod contritio vera, que peccatorem Dei reconciliat, debet procedere ex amore Dei super omnia; hoc enim est quare Deum ex toto corde, et ex tota tribulatione anima. Ita Suarez, III part., Quest. LXXXV, art. 1, disp. iv, sect. 2.

30. POSTquam TE INVENERINT (comprehenderint: est hebraismus) OMNIA.

NOVISSIMO TEMPORE, — id est in fine temporis, quo complebitur pena tibi inflicta a Deo, q. d. Post plagas a Deo immiscas, tandem sapies, et reverteris ad eum. Ita Vatablus, Abulensis et alii.

31. NEQUE OBLIVISCETUR PACTI, IN QUO (id est *quod*; ita Hebrei, Septuaginta et Chaldaea) JURAVIT PATRIBUS TUIS.

32. INTERROGA DE DIEBUS ANTIQUIS, — scilicet de factis, quae contingunt in diebus antiquis.

A SUMMO COELO USQUE AD SUMMUM EJUS. — Hebraice, ab extremo cœli usque ad extremum ejus, id est ab Oriente usque ad Occidentem, q. d. Interroga ea, quæ toto orbe unquam apud homines

alicubi contigerunt. Similis phrasis est *Math. xxiv, 31.* Ita *Vatablus*.

**33. SICUT TU AUDISTI ET VIXISTI.** — Ita *Romana*, *Hebreæ*, *Chaldea* et *Septuaginta*. Perperam ergo *Plantiniana* legunt, et *vidistis*, q. d. instar miraculi fuit quod tu vocem dei tam terribilem ex *Sina* audires et viveres, de quo *rursum cap. v, 21*.

**34. SI FECIT DEUS UT INGREDERETUR;** — non mutans locum, sed operationem, vocans scilicet, liberans et educens te ex *Egypto*.

**ET HORRIBLES VISIONES,** — quia in triduanis *Egypti* tenebris mira spectra *Egypti* obiectus Deus, isque eos perculit, uti dixi *Exodi x, 22* et *sequentiis* (1).

**36. ET IN TERRA OSTENDIT IGNEM MAXIMUM;** — quia ignis ex *Sina* prodire videbatur; vox vero super eum ex celo, id est ex aere, formari et descendere videbatur.

**37. PRECEDENS IN VIRTUTE,** — per angelum suum, qui castra prebat in columna nubis, quique percutiebat et prostravit hostes tuos, *Exodi cap. xxii, vers. 20* (2).

(1) In *hebreo* est, *terrores magnos*.

(2) Pro *semen eorum*, habent *hebreæ semen ejus*, sive

**42. QUI OCCIDERIT NOLENS,** — scilicet nesciens, ignoranter et inadvententer. Ita *Hebreæ*, *Chaldea*, *Septuaginta*.

**48. USQUE AD MONTEM SION, QUI EST ET HERMON.**

Alius ergo est hic *Sion*, a *Sion* monte *Hierosolymæ* et templo; hic enim *Sion* erat ab alia *Jordanis* parte, et *Hebreæ* scribitur per *schein*: *Sion* vero templi scribitur per *tsale*; vide de hoc *Sion* dicta *cap. iii, vers. 8*.

**49. MARE SOLITUDINIS,** — mare *Mortuum*, sive lacus *Asphalites*.

minus accurate dictum pro *semen eorum*, sive *foetus* *Mosis* in mente habuerit prorsorum *Hebreorum* unum praesupponit, *Abrahamum* vel *Jacobum*; unde constructione excludit. Pro *precedens*, hebr. est *in facie sua*, id est, praesens ipsomet.

Quae vers. 41-43 afferuntur de *viribus* *refugii*, loco alieno hue illata esse, multi existimant, quos inter *jam Calmetum* in *Commentario* ad h. l.

Pericopam inde a vers. 44 ad vers. 49 alii arbitrariuntur indicis instar praemissam ei, quod cap. v, usque ad finem cap. xxviii decurrit, legum syntagma; alii eam pro annotatione habent adjecta sermoni primo a *Mose* in solemnis totius populi (saltem per legatos representatis) conventione habito, cap. i, 6, iv, 40. Nova libri sectio incipit cap. v, 1, ut notatur in codic. *Hebreæ*.

## CAPUT QUINTUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Moses* populo iterat et refrebat decalogum. Secundo, vers. 22, narrat populi pavorem, cum daretur lex in *Sina*, quo *prouulsus* rogavit, ut Deus cetera precepta non sibi, sed *Mosi* eloqueretur: unde *Moses* solus in montem ad Deum ascendit.

**1. Vocavitque Moyses omnem Israelem, et dixit ad eum:** Audi, Israel, cæremias atque judicia quæ ego loquor in auribus vestris hodie; discite ea, et opere complete. **2. Dominus Deus noster peperit nobiscum fœdus in Horeb.** 3. Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum qui impræsentiarum sumus, et vivimus. **4. Facie ad faciem** locutus est nobis in monte de medio ignis. **5. Ego sequester et medius fui inter Dominum et vos in tempore illo, ut annuntiaret vobis verba ejus; timuistis enim ignem, et non ascendistis in montem;** et ait: 6. Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra *Egypti*, de domo servitutis. **7. Non habebitis deos alienos in conspectu meo.** 8. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium quæ in celo sunt desuper, et quæ in terra deorsum, et quæ versantur in aqua sub terra. **9. Non adorabis ea, et non coles.** Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem his qui oderunt me, 10. et faciens misericordiam in multis milia diligenteribus me et custodientibus precepta mea. **11. Non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra:** quia non erit impunitus qui super re vana nomen ejus assumpserit. **12. Observa diem sabbati, ut sanctifices eum,** sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. **13. Sex diebus operabis, et facies omnia opera tua.** **14. Septimus dies sabbati est, id est, requies Domini Dei tui.** Non facies in eo quidquam operis tu, et filius tuus, et filia, servus et ancilla, et bos, et asinus, et omne jumentum tuum, et peregrinus qui est intra portas tuas: ut requiescat

servus tuus, et ancilla tua, sicut et tu. **15. Memento quod et ipse servieris in Egypto,** et educerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, et brachio extento. Idecirco præcepit tibi ut observares diem sabbati. **16. Honora patrem tuum et matrem,** sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, ut longo vivas tempore, et bene sit tibi in terra quam Dominus Deus tuus datus est tibi. **17. Non occides.** **18. Neque mæchaberis.** **19. Furtumque non facies.** **20. Nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.** **21. Non concepices uxorem proximi tui:** non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, et universa que illius sunt. **22. Haec verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis et nubis et caliginis, voce magna, nihil addens amplius:** et scripsit ea in duabus tabulis lapidis, quas tradidit mihi. **23. Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebraram, et montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum, et majores natu, atque dixistis:** **24. Ecco ostendit nobis Dominus Deus noster majestatem et magnitudinem suam, vocem ejus audivimus de medio ignis,** et probavimus hodie quod, loquente Deo cum homine, vixerit homo. **25. Cui ergo moriemur, et deverabat nos ignis hic maximus?** Si enim audierimus ultra vocem Domini Dei nostri, moriemur. **26. Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audivimus, et possit vivere?** **27. Tu magis accede, et audi cuncta qua dixerit Dominus Deus noster tibi:** loqueris ad nos, et nos audientes faciemus ea. **28. Quod cum audisset Dominus, ait ad me:** Audivi vocem verborum populi hujus quæ locuti sunt tibi; bene omnia sunt locuti. **29. Quis det talēm eos habere mentem, ut timeat me, et custodiant universa mandata mea in omni tempore, ut bene sit eis et filiis corum in semperitum?** **30. Vade et die eis:** Revertimini in tentoria vestra. **31. Tu vero hic sta mecum, et loquar tibi omnia mandata mea, et cæremias atque iudicia:** quæ docebis eos, ut faciant ea in terra, quam dabo illis in possessionem. **32. Custodite igitur et facite quæ præcepit Dominus Deus vobis:** non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram; **33. sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, ut vivatis, et bene sit vobis, et protelentur dies in terra possessionis vestre.**

**3. NON CUM PATRIBUS NOSTRIS INIIT PACTUM,** — subaudi tantum, q. d. Non tantum cum patribus iniit Deus pactum in *Sina*, sed etiam nobis. **Simile est Gen. xxxii, 28,** et alibi. Secundo et similius, q. d. Deus in *Sina* pactum non iniit cum Abraham, Isaac, Jacob aliisque patribus, qui in *Egypto*, vel ante mortui sunt; sed cum nobis ipsi, qui vivimus. Nam, ut notat *S. Augustinus*, nulli presentes supererant et adherant, qui in *Horeb* legem audierant pueri, qui scilicet neundem attigerant annum vigesimum, ac proinde neque censi, neque pena murmurantum, de qua *Num. cap. xiv, 29*, ut sollicit perirent in deserto, comprehensi fuerant, quos *Moses* vocat *omnes*. Intelligit enim *omnes* accommodare, scilicet *omnes* qui legem in *Sina* audierunt, et etiamnum supererant.

**Hebreæ** majorem autem emphasisi sic enim habent, non cum patribus peperit *Jehova* pactum istud, quia cum nobis, nobis istis hic hodie, omnia nobis viventibus.

**4. FAC AD FACIEN LOCUTUS EST NOSBIS.** — Non quasi formam aut speciem ejus videritis: hoc enim negavit *cap. iv, 12*; sed *facia ad faciem*, id est coram, sine internuncio. Decalogum enim a *vers. 6* ad *22*, angelus vice Dui ex *Sina* proclama-

mavit, coram toto populo; sed reliqua præcepta iudiciale et cæremialia accepérunt *Hebreæ* intermissione *Mose*, ut sequitur, qui in montem consecudit solus, cum populus ob metum ignis, et vocis angelice territus, et a monte fugiens, iussi *Dei* ad castra et tentoria sua rediit, uti dicitur *vers. 30* et *31* (1).

**5. EGO SEQUESTER ET MEDIUS FUI.** — Fuit ergo *vers. 8*. *Moses* mediator inter Deum et populum, ut ait *Apostolus ad Galat. iii, 19*: quidni ergo Sancti vocentur mediatores?

**6. EGO DOMINUS DEUS TUUS, QUI EDUXI TE DE TERRA EGYPTI, DE DOMO SERVITUTIS.** — *Hebreæ*, de domo

(1) Cum *Mosaicæ* institutiones universæ triplicis generis præcepta continent, videlicet moralia, cæremialia, et politica seu forensia, sum qui decalogum ad partem moralen solum pertinere existimat: sed per rem. Decalogus enim legis totius est symbolum et compendium. V. g. præceptum sabbati ex magna saltem parte ad cæremias pertinet; rursum præcepta iudiciale ob theocratiam sequuntur sunt religiosa et moralia, et vice versa. Hoc jam videtur Spencerus: «Decalogus ait, summa totius legis et fons eius cum populo initii fuisse viator; idemque per eum, ut præcepta moralia, iudiciale et cæremialia brevi quasi tabella Moses simul exhiberet.» Cf. *Bahr, symbolik d. Mos. Cultus I*, 304.